



1728 114

16

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
 SISTENS
 POSITIONES MISCELLANEAS
 EX JURE CAMBIALI,
 POTISSIMUM SAXONICO,

IN PERANTIQUA HIERANA,
 MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE
 REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
 DOMINO

JO. JOACHIMO HAHN,
 EPISCOPO METELLOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini, per Thuringiam, Hassiam & Eichsfeldiam, in Pontificalibus, Vicario Generali, Eiusdemque Archi-Episcopalis Curiae Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Viriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiarum ad Gradus B.M.V. & ad S. Joannem Moguntiae, respectu Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

EX DECRETO ET AUTHORITY AMPLISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE ERFORDIENSIS,
 SUB PRÆSIDIO

DN. JO. PHILIPPI *Streits* / JCTI,
 EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARI
 REGIMINIS, ET FACULTATIS JURIDICAE DECANI,

PRO LICENTIA
 SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILE-
 GIA MORE MAJORUM CONSEQUENDI,
 PUBLICAE DISPOSITIONI SUBMITTIT

JACOB EPHRAIM *Sumpelt*

Niemec. Saxo, Advocat. immatric. Dresdensis.

DIE XXIV. MAII, MDCC XXIII.

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGH MAJORIS, H. C.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

DISERTATIO IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE

IN QVAE





Positio I.



Us civile Romanum ignorat jus Cambiale. Quamvis enim nonnulli putent, *argentarios, mensarios, nummularios, trapezitas*, quorum in LL. Romanis haud infrequens fit mentio, cum Cambiatoribus nostratibus, hoc est personis moribus nostris cambii Contractum ineuntibus, convenire. oppido tamen illi falluntur, cum dictis nominibus haud alii indigentur, quam qui quæstum ex pecuniarum commutatione sibi comparare soliti fuerunt, nostroque idiomate *Geld-Wechsler* appellantur. Quibuscum iterum non sunt confundendi ii, quos cum Gallis *Banquiers* vocare consuevimus, utpote qui principaliter ipsum proprie sic dictum *cambiale negotium* exercent, & non nisi secundario ex commutandis invicem diversis pecuniarum speciebus lucrum quærunt.

Posit. II.

Jus Cambiale in *statutarium & consuetudinarium* haud incommode dividi posse, persuasus sum; Quam-

vis enim complures non Civitates solum, sed integræ etiam provinciæ peculiaribus suis *Ordinationibus Cambialibus* gaudeant, ita enim habentur: *Lipsiensis, Francofurtensis, Brunovicensis, Gedanensis, Coloniensis, Noribergensis, Hamburgensis, Lubecensis, Lugdunensis, Amsterdamensis, Vratislaviensis, Altenburgensis, Lusatensis*, (conveniens tamen ex asse, Prologo & Epitogo excipio, cum Lipsiensi,) *Bolzanensis demum seu Bozzensis, & Augustana; ut & Marchico-Brandenburgica, Magdeburgica & Borussia*: longe plures tamen civitates esse atque Provincias, quæ licet Ordinatione Cambiali destituantur, ipsum tamen Jus Cambiale strenue observant, consequenter *jure Cambiali consuetudinario* utuntur, nemo fortean negare præsumer.

Posit. III.

Cambium nec est *Contractus consensualis peculiaris nominis*, nec *emptio venditio*, uti quidem CAJETAN. & SCACCIA de Camb. putant; nec *locatio conductio*, nec *mutuum*, nec *literarum obligatio*, quod GRYPHIANDER in *Oecon leg. p. i. c. 26. n. 69.* statuit, sed merito pro contractu ex tribus minimum composito habetur, quæ sententia est Illustr. BERGERI in *Ele&. Proc. execut. §. 50.* ubi tria in cambio concurrere negotia pronunciat, 1) nimirum contractum innominatum: *do ut facias*, i. e. mandes, qui producit actionem præscriptis verbis; 2) *mandatum* inter campforem ejusque mandatarium, ex quo proficitur actio mandati directa & contraria; 3) *Constitutum* inter præstantem & acceptantem, unde nascitur actio de constituta pecunia. Per se autem clarum est, hîc sermonem

nem

nem esse de cambio non proprio, sed *trassato*, si quidem *cambium proprium* nil aliud, quam contractum mutui pacto vestitum esse, omnino videtur.

Posit. IV.

Si debitor pecuniæ cambialis in literis suis cambialibus solutionem in loco præstare promiserit, ubi jus cambiale non est receptum, nihilominus contra ipsum secundum rigorem dicti juris procedi potest & debet. Ratio est, quod quælibet causa alias ordinaria, consentientibus Partibus, processu summario tractari possit; CARPZ. *in proc. Jur. Tit. 1 §. 5. n. 57.* BRUNNEMAN. *in Proc. Civ. C. 1. n. 19.* unde inferre licet, quod etiam nihil obstat, quo minus Debitor, si in Processum cambialem consenserit, eodem conveniri possit, præsertim in loco contractus, qui hîc nullus est alius, quam ubi solutio fieri debet. BRUNNEM. *in L. 19. ff. de Judic. n. 27.*

Posit. V.

Ipsos etiam rusticos, saltem in Saxoniâ, Juri Cambiali subjectos esse notatu digno præjudicio confirmat Königle in den Anmerk. über die Leipz. Wechsel-Ordn. §. ad vocem: und Nedere: in causa Curatoris Annen, Hans Martin Wittben, Klägern an einem, Andreas Fridrichen, Beklagten andern Theils, mensis Septembri 1698. im Kreis-Amte zu Leipzig lato.

Posit. VI.

Non semper, etiam in ipsa Saxonia, licet ibi summus Juris cambialis sit rigor, contra eum, qui literis cambialibus in optima etiam juris forma sese obligavit,



vit, juxta dictum jus proceditur. Intelligendum nimirum hoc est de casu repressaliorum, quando creditor ex Cambialibus literis agens è provincia vel civitate est, ubi juri cambiali locus non conceditur. Id ipsum non sine detrimento suo experti sunt *Altenburgenses* utpote quibus, quamdiu juris cambialis effectum Subditis Electoratus Saxoniae contra ipsorum cives agentibus denegarunt, ejusdem juris commodo, in vim repressaliorum carendum fuit, quoties contra subditos Electorales processum Cambialem instituire conati sunt, quod in causa fuit tandem, ut pariter apud ipsos usus Juris Cambialis introduceretur, ceu in ipsa *Ordinatione Cambiali Altenburgica* lege est.

Posit. VII.

Dudum haud est, quod ipsi etiam Pastores, Ludimoderatores, Aeditui &c. juri cambiali subiacebant; sed cum non sine scandalo, Ecclesiarum scholarumque praëjudicio, collegarumque praëgravatione quandoque contigerit, ut illis, non praëstita solutione pecuniae cambialis, Arrestatio personalis subeunda esset; movit id ipsum Potentiss. Regem nostrum, ut satis leve peculiari Edicto d. 22. Martii 1711. prohibuerit, daß künfftig (ut ipsa verba Edicti habent,) kein Pfarrer, Schulmeister oder Küster, bey Straffe der Suspension von seinem Dienste, oder auch wohl gar der Remotion, sich unterstehen solle, Wechsel-Briefe von sich zu stellen, und da ja dergleichen über Verhoffen geschähe, die Straffe zwar an dem Aussteller ohne Ansehen

sehen der Person exequiret, hingegen aber der Wechsel-Brief mehr nicht, als ein Chirographum gelten solle.

Posit. VIII.

An mulieres *juri cambiali* subjectæ sint, ita ut rigor dicti juris æque contra ipsas ac alias personas obtinere debeat, haud parum olim disceptatum fuit; *Lipsienses* enim *Scabini* statuebant, quod cum Rescriptum Anni 1621. d. 25. Jul. nomine: das *Marckt-Rescript* insignitum, expressam mulierum haud faceret mentionem, tanquam jus singulare ad calus inibi haud expressos, minime esset extendendum; contrarium plane defendentibus *Wittenbergensibus* atque *Jenensibus*, eo quod dictum Rescriptum generaliter de omnibus cambialiter se obligantibus, mulieribus nulli exceptis, loqueretur, & ad promovenda commercia, sufficientemque valorem literis cambialibus conciliandum, collinearet.

Posit. IX.

Notari meretur, primitus, nimirum d. 5 Febr. 1674. *Scabinorum Lipsiensium*, sed postmodum d. 8 April. *Jctorum Wittenbergensium* & *Jenensium* sententiam per Rescriptum Electorale approbatam fuisse, & posteriorem quidem hifce verbis: Das von einem jeden, der Wechsel-Brieffe von sich gestellet, sie betreffen wen sie wollen, steif und feste gehalten werden solle, wie denn auch gestalten Sachen nach, daß wider die Weibes-Personen, welche Kauffmannschafft treiben, oder durch Abgebung der Wechsel-Brieffe sich dadurch dem Recht der Kauffmannschafft unterwerffen, nach dem Wechsel

sel-Recht zu verfahren. vid. D. Zippel in Tr. von Wech-
sel-Briefen und Usancen. *Secl. 1. p. 33. & seqq. & RI-*
VINI Specim. except. forens. C. 8. n. 4. seqq.

Posit. X.

Nova tamen restrictio huic Rescripto A. 1676.
accessit, per *decretum* nimirum *Ordinum Provinciarum*
Saxonie, his quippe desiderantibus, ut nonnisi mulie-
res propria mercantia exercentes jure cambiali ten-
erentur, RIVIN. c. 1. quod ipsum etiam *Ordinat.*
Cambial. Lips. de A. 1682. § 2 adeo confirmavit, ut ta-
les mulieres juris Cambialis rigori subjecerit, licet
etiam sine consensu & autoritate Curatoris, nec be-
neficiorum ac privilegiorum a jure sibi concessorum
admonitæ per cambiales literas se obligaverint. Imo
eiusque *dicta Ordinatio l. c.* procedit, ut mulierem
propriam mercaturam exercentem & in rebus mer-
catoriis fidejudentem omni ex parte teneri velit, li-
cet SCro Vellejano nec renunciaverit, nec illius ad-
monita fuerit.

Posit. XI.

Non aliæ tamen cambiales literæ talem mulie-
rem rigori juris cambialis subjiciunt, quam quæ rem
mercatoriam concernunt, & secus est, si alia ex causa
per cambiales literas se obligaverit. CARPZ. *P. 2.*
C. 15. d. 16 n. 5. & 6. nihilominus interim in casu dubio
talis mulier præsumitur intuitu mercaturæ contraxis-
se, JD. *ibid.* ita ut si hoc negare sustineat, ipsi pro-
batio incumbat, literas cambiales a se datas e merci-
monio ortum suum habuisse. Cæterum quænam
mulier pro propriam mercaturam exercente habenda
sit,

fit, arbitrio judicis relictum est, ad id enim non suffi-
cit, ut semel tale quid ab ipsa factum fuerit. JD. *ibid.*

n. 7.

Posit. XII.

Si quis in literis cambialibus pro alio fidejubeat, nomen suum subscribendo & profitendo, si debitor non sit soluturus, seipsum esse soluturum, contra talem fidejussorem secundum juris cambialis rigorem procedi nequit; aliud quippe est, se obligare pro debitore cambiali, aliud semetipsum cambii jure obligare. Non enim sequitur: Cajus fidejussit pro aliquo debitore, qui hypothecam bonorum Creditori suo constituit; ergo & ipse Cajus tanquam Fidejussor facultates suas pro hypotheca obligavit. Fidejussio enim stricti est juris, & nil obstat, quo minus Fidejussor vel laxius vel arctius, quam ipse principalis Debitor se obstringere possit. Cum autem citra dubium in casu dubio laxius potius quam arctius se obligasse censendus sit, ex simplici fidejussione, licet pro securitate pecuniæ cambialis facta, præsumi haud potest, fidejussorem rigori juris cambialis se subjecisse, nam aliud est pro pecunia cambiali, aliud cambialiter, h. e. dicti juris rigori una eum principali debitore se subjiciendo, fidejubere.

Posit. XIII.

Egregio responso M. Martio 1702. à Jctorum Wittebergensium Collegio dato, hoc confirmat BERGER. *in Elect. Process. Execut. §. 52.* in casu quo Titius in ipsis literis cambialibus, quibus duo Rei se principaliter obligaverant, fidejubendi animo nomen suum, hac

B

addita

addita verborum forma, subscriberat: Obige Post
 zahlet Titius, wenn die Schuldner manquiren: qua-
 situmque fuerat, num ipse cambii jure teneretur, at-
 que adeo captivus detineri posset. Ipsa responsi ver-
 ba digna mihi videntur, quæ hic apponantur: Ob-
 wohl ordentlich eine obligatio accessoria, nach Urth
 und Eigenschafft derjenigen, welche pro principali ge-
 achtet wird, zu erleutern, also und da besonders Titius
 in dem unter dem Wechsel-Brief verzeichneten Bürg-
 schaffts-Schein, mit diesen Worten: Obige Post u.
 sich ausdrücklich auf angeregten Wechsel-Brief und die
 darinnen befindliche Haupt-Obligation bezogen, es das
 Ansehen hat, als ob er ebenmäßig sich nach Wechsel-
 Recht obligiret, folgendes dergestalt gar süglich belan-
 get werden könne. D. a. u. d. die fidejussio, vermöge
 bekannter Rechte, an sich selbst stricti juris, ingleichen
 zwischen derselben und der Haupt-Obligation eine
 Gleichheit zwar in objecto und re promissa, nicht aber
 auch, was den modum promittendi betrifft, erfordert
 wird, in mehrerer Betrachtung, daß gleichwie ein Bürg-
 ge sonst sich kräftiger, als der Schuldner zu obligiren
 wohl vermag, also hingegen ihm auf eine gelindere
 Urth und Weise sich anheischig zu machen unbenom-
 men, demnach allein daher, daß einer vor einem
 Schuldner, so seine Güther zugleich verpfändet, gebür-
 get, alsofort auch dessen eigene Güthere vor hypothe-
 ciret nicht zu achten, folgendes eine Obligatio cambia-
 lis, ohne ausdrückliche Wiederholung selbiger Beschaf-
 fenheit, pro repetita in persona fidejussoris nicht zu
 halten, bey welcher Bewandis die in dem Bürg-
 schaffts-

schaffts-Schein enthaltene Worte: Obige Post ic. allein von dem im Wechsel-Brief ausgedruckten Capital, keines Weges aber auch von dem Wechsel-Recht selbst zu verstehen; So mag wieder Titium aus obigem Bürgschaffts-Schein nach Wechsel-Recht nicht verfahren werden.

Posit. XIV.

In Cambiis locum haud habet exceptio non numeratae pecuniae, ut & solutionis, vel compensationis, nisi illico liquido satis probari possit. *Ord. Camb. Lips.* §. 13. idque in favorem promovendorum commerciorum & negotiationum ita ubivis, quantum constat, ubi viget jus cambiale, constitutum usuque comprobatum est.

Posit. XV.

Exceptio solutionis, quæ, ut dixi, si extemplò factis liquida fieri possit, utique obstat Creditori, non opponi potest cessionario, literas Cambiales indoffatas, ceu vocantur, debitori cesso præsentanti, nisi de facta solutione ex ipsis literis præsentatis appareat. Hac de re insigne mihi innotuit præjudicium sequenti in casu: Sempronius Creditrici suæ Titiae cambialibus literis se obligaverat, quas hæc postmodum Julia per sic dictam indoffationem cesserat, simul autem subdole Sempronio apocham, seu *mortificationis* quam vocant *schedulam*, qua nimirum sibi factam solutionem cambialiumque literarum amissionem profitebatur, dederat. Inscia hujus doli Julia, adveniente termino solutionis, Sempronium ad ejus præstationem urgebat, hic autem eandem recusabat, utpote ceu præ-

texebat, Titix jamjam factam. Re ad Judicem delata, Sempronius producta prædicta Scheda mortificationis Julix opponebat exceptionem solutionis, eaque, dum illico eandem tam liquide probare poterat, se satis tutum putabat. Julia provocabat ad *antea alleg. Mandatum Elect. Sax. A. 1699.* nullum plane exceptioni solutionis contra cambium indoffatum locum concedens, & satis feliciter, non obstante mortificationis scheda, à Judice obtinebat, ut arrestum personale contra Sempronium decerneret, & sine mora etiam id exequeretur. Sempronius se hoc ipso nimium quantum gravatum putans, rem ad Principem deferebat, & instantissime liberationem ab arresto petebat. Nihilominus Illustrissimum Regimen Regium Electorale quod Dresdæ floret, fraudem Titix optime perspiciens, Præfeto Leisnicensi mensè Septembri 1719 rescribebat, non solum Sempronium arrestatum ulterius detinendum, sed & ipsam fraudulentam Titiam personali Arresto ad restitutionem pecuniæ compellendam esse.

Posit. XVI.

Circa assignationem distinguendum est, utrum facta sit in *vim dationis in solutum & delegationis*, an saltem per modum mandati. Priori casu assignatio est loco solutionis, atque adeo prius debitum plane pleneque extinguit; posteriori vero non item, secundum tritum illud: *Anweisung ist keine Zahlung.* Requiritur adeo si assignatio in *vim dationis in solutum & delegationis* facta esse intelligi debeat, ut id ipsum scripto expresserit, & desuper ab assignatario apocham receperit

perit assignatarius, alioquin enim non audietur, licet factam assignationem testibus probare, vel juramentum desuper deferre velit: quanquam si assignatio fiat in vim dationis in solutum *per scontro*, sufficiat ex ejusmodi libris, den Scontro-Büchern, probari, per *id. Mand. Elect.*

Posit. XVII.

Cum notissimi juris sit, Judicem decere nec duriorum, nec mitiorum Lege esse, adeo ut si secus faciat, infamiae poenam incurrat, L. 8. §. 2. C. ad L. j. de vi publ. hinc iudex inferior debitorem ex cambio arrestatum, licet hic ab ipso admonitus, daß er sich mit Auszahlung des Geldes nach der Chur-Fürstl. Sächs. Neuen 27. Decision in acht zu nehmen habe, pecuniam cambialem judicialiter deponeret, ab arresto personali nec liberari, nec citra speciale Principis Rescriptum solitum vigilum numerum diminuere, & loco duorum e. g. uni tantum custodiam debitoris demandare potest, nisi admodum se suspectum reddere, litem suam facere, imo ad omne interesse Creditori praestandum, si debitor forsan fugam capesserit, teneri velit.

Posit. XVIII.

Cambium quantumvis jam factum litigiosum, omni tempore, licet etiam jam dum quaedam exceptiones contra id fuerint oppositae, vel ipsa etiam cambialis pecunia jam jam fuerit deposita, ulterius cedi seu indossari liberrime potest. Nec facta invito Creditore contra indolem juris cambialis depositio un-

quam cursum usurarum sistit, donec fors cum omni causa Creditori, vel ejus cessionario seu indoffato, exsoluta sit.

Posit. XIX.

In Cambio usuras tam anticipare, quam forti imputare licet, cum illud nullibi in jure sit prohibitum, ceu pronunciavit *Inchta Facult. Jurid. Wittenb. M. April. 1719.* in causa George Schulzen, contra Hans Liebingen, verbis: *Die weil Hans Liebing den ihm zu erkantten Reimigungs-Eyd, daß er Georg Schulzen bey der Wechsel-Schuld von 200. Rthlr. sonst auf einige Urth nicht bevorthellet, würcklich abgeschworen, sowohl denen, den 9. April. 1718. und 17. Januar. dieses 1719. Jahres eröffneten Urthein zu folge, wie viel er Interessen zum Capital geschlagen und gemacht, angezeigt, und daß er einsmahls den gewöhnlichen Zins an 3. Thlr. anticipando von Georg Schulzen empfangen, oder vielmehr derselbe Jhn von diesem von freyen Stücken zurück gegeben, und inne gelassen worden, berichtet, so ist gestallten Sachen nach, und in Ansehung, daß die Zinsen zu anticipiren und vom Capital inne zu behalten, nicht weniger in cambio die Zinsen zum Capital zu schlagen, in denen Rechten nicht verbotthen, wieder obgedachten Hans Liebingen dießfalls ferner nichts vorzunehmen n. n.*

Posit. XX.

In causis cambialibus usuræ etiam non particulariter solutæ, sed per anatocismum, hic licitum, in formem redactæ, ultra alterum tantum currunt, *Godfr. Bönigk in Digest. tit. de Usur. §. 10. p. m. 696.*

Posit.

Posit. XXI.

Fiscalem Creditorem Cambialem usurariæ pravitatis inique incusantem, & in probatione deficientem injuriarum teneri, dubitandum haud est, cum contra denunciante pro ratione circumstantiarum culpæ & doli ad refarciendum damnum injuriarumque agi omnino possit, insimulque calumniose denunciante pœnam arbitrariam mereatur, quæ, pro ratione circumstantiarum, vel pecuniaria, vel relegationis, vel sustigationis esse solet, vel etiam ab officio remotio, si denunciante tali gaudeat, *Cap. 2. X. de Calumniat.*
 PLATHNER. in *Quæst. Juridico - Polit. Cent. 117. qu. 42.*

Posit. XXII.

Pecunia cambialis nullam ob causam, excepto solo læsæ Majestatis crimine inhiberi, arrestari, vel deponi potest; nec Creditor ob quascunque exceptiones a debitore vel Fiscali sibi oppositas, a quibus etiam exceptio usurariæ pravitatis, teste *Magnif. Dn. D. WERNHER. in Observat. forens.* haud est exclusæ, cautionem præstare tenetur, adeo, ut Judex, qui vel depositionem pecuniæ cambialis urgeret, vel ejus solutionem extra casum prædicti criminis inhiberet, cautionisve præstationem exigeret, vel malitiam suam, vel crassam juris cambialis ignorantiam proderet, cum notorium satis sit, jus Cambiale omnes omnino exceptiones quæ ullo modo altioris sunt indaginis respicere. In vanum quoque debitor ab ipso admoneretur, ut memor *Novissimæ illius Decisionis Electoral. Sax. XXVII.* circumspicte in solutione ageret, cum in ex-
 solu-

soluzione cambialis pecuniæ debitor omni periculo careat, dictaque decisio ad cambia nullatenus spectet.

Posit. XXIII.

Etiam in ipso Electoratu Saxonix duplex est Jus Cambii, generale nimirum, quod in toto Electoratu obtinet, & speciale, Lipsiense puta. Differt autem generale à speciali primo in hoc, quod qui illo se obstrinxit, literis cambialibus verba: nach Leipziger Wechsel-Recht inferendo, præscriptione annali à termino solutionis computanda gaudeat; qui autem ommissis illis verbis se in genere tantum cambialibus literis obligavit, non nisi præscriptione XXX. annorum, anni & diei, ut aliàs etiam, tutus est.

Posit. XXIV.

Deinde quoque in eo Jus Cambiale Saxonicum speciale à generali differt, quod secundum illud, cambialibus nimirum literis juxta Stylum Ord. Camb. Lipsiensis conceptis, usuras sexcunces a debitore exigere liceat, utut etiam expresse haud fuerint stipulatæ; Juri autem Cambiali generali tantum stylo cambialium literarum respondente, tantummodo quincunces, nisi sexcunces expresse promissæ fuerint, debeantur, idque utròque in casu a tempore solutioni præstituto, von der Verfall-Zeit an.

Posit. XXV.

In Franconia & Ducatu Saxo Meiningensi in Cambiis breve temporis spatium continentibus, puta aliquot menses tantummodo, ipsæ etiam usuræ centesimæ,
hoc

hoc est ea, quæ centesimo mense fortem exaquant, seu nostro computandi more n. pro 100. permiffæ sunt.

Posit. XXVI.

Usuras cambiales una cum forte à debitore secundum rigorem juris cambialis, & quidem in eodem monetæ genere, quo fors debetur, cum accessorium sequatur iuum principale, exigi posse, debitoremque ab arresto non ante liberandum esse, quam fortem, usuras, omnesque expensas ad ultimum usque obolum solverit, explorati juris est.

Posit. XXVII.

In cambio concurrere potest obligatio personalis & realis. Quid enim obstat in maiorem securitatem pecuniæ cambialis, Creditori à Debitore pignus tradi? Sed tum cautela hac utendum est debitori, ut in ipsis cambialibus literis mentionem faciat dati pignoris & solutionem nonnisi sub conditione restituti pignoris promittat, hæc vel simili e. g. verborum formula: *Verspreche gute Zahlung gegen Auslieferung eines mit meinem Pottschafft versiegelten Cofers mit unterschiedlichen Sachen.* Si enim conditionem hanc cambio inferere negligeret, non posset exceptione non restituti pignoris, si forsitan Creditor se tale accepisse negaret, se tueri, sed peculiari actione, nimirum pignoratitia directa ipsi contra Creditorem experiundum esset. *vid. Ludovici Wechsel-Proceß, cap. III. §. 10.*

Posit. XXVII.

Cambium sub hypotheca bonorum datum in Saxoni.

C

xonia Electorali jus reale haud tribuit, ratio est, quod inibi Obligatio realis citra confirmationem Judicalem non contrahatur. Interin non obstabit obligatio personalis ex cambio, quo minus Creditor juxta eam, etiam de reali, constituta judiciali hypothecca, sibi prospicere possit.

Posit. XXVIII.

Cambia propria nec praesentatione, nec acceptatione opus habent. Nec Creditore ante terminum solutionis demortuo, opus est, ut praesentatio haeredibus fiat, sed hi absque illa, dicto termino adveniente, ad solutionem tenentur, qua deficiente paratissima Creditori contra eosdem denegari haud potest executio. Indossatum autem cambium praesentatione omnino & acceptatione opus habet, ad quam acceptationem haeredes citra ullam moram tenentur, Leipziger Wechsel-Ordn. §. IV.

Posit. XXIX.

Quemadmodum, uti dictum, cambia propria nec praesentatione nec acceptatione opus habent, ita nec protestationi, eorundem intuitu, locus est, nisi contrarium specialis aliqua *Ordinatio Cambialis* velit: ceu *Marchica* eo inclinare videtur dum §. XI. vult, cambium proprium protestatione haud indigere, nisi illud indossatum fuerit, utpote qua addita limitatione haud obscure insinuat, indossatum cambium utique protestatione indigere, si debitor solutionem recuset.

Posit. XXX.

Cambia propria uti in alijs a trassatis differunt, ita imprimis etiam hoc peculiare habent, quod ante
ter-

terminum solutioni præstitutum solvi possint, cum è contrario in trassatis id fieri ante dictum terminum vix ac ne vix quidem possit, eo quod ante hunc terminum trassanti liberum sit, trassato solutionem, si forsan interim Remittens bonis lapsus fuerit, inhibere.

Positio XXXI.

Licet omnino moris sit in cambiis *valutam*, quam vocant, exprimere, verbis: *Valutam habe wohl empfangen*, vel similibus; non tamen simpliciter id necessarium est, sed cambium etiam absque sic dictæ valutæ mentione effectum producit, *Leipz. B. D. §. IV.* Concordant pleræque aliæ Ordinationes Cambiales, e. g. *Marchica & Magdeburgica art. I. Brunovivensis, art. XXXVIII. Augustana, art. 7. Francofurt. art. 15. Gedanensis art. 16. & Colonienſis art. IV.*

Posit. XXXII.

Si cambium trassatum casu amissum fuerit, acceptans tamen nihilominus cambiale debitum etiamnum fateatur, ad solutionem quidem æque tenetur, ac si cambium adhuc præsto esset, sed non nisi sub cautione à præsentante, cui facienda solutio, præstita. Quod si autem trassatus s. acceptans, licet præsentans ad cautionem se offerat, tergiversetur, protestatione hic sibi prospicere debet.

Posit. XXXIII.

Cum non semper valuta Trassanti à Remittente actu solvatur, sed nonnunquam ratione illius Trassans Remittentis fidem sequatur, tali in casu Trassans pro securitate sua vel ipsum Remittentem adigere debet

bet ad cambium proprium super dicta valuta sibi dan-
dum, vel ad minimum Proxenetæ desuper testimo-
nium (Mäcster-Notiz) sibi procurare opus habet, quo
postmodum, deficiente forsan solutione, vel ex hoc, vel
ex illo, cambialiter contra Remittentem agere possit.
*Vid. Königte in den Anmerk. zur Leipziger Wechsel-
Ordn. §. 26.*

Posit. XXXIV.

Formula talis cambii pro securitate valutæ sequens
esse potest:

Adi Leipz. = = Rthlr. current

Auf kommenden = = dieses Jahres gelobe ich zu bezah-
len diesen meinen Sola-Wechsel-Brief an Herrn Me-
vium oder Ordre, die Summa von = = sage = = curr.
Valuta von demselben an einem Wechsel-Briefe nach
Breslau von obigen dato an Herrn Cajum. Verspre-
che, wenn besagter Wechsel-Brief gebührend honori-
ret worden, zu seiner Zeit gute Zahlung, und nehme
Gott zu Hülffe.

Titius.

Posit. XXXV.

Cambia trassata etiam requirunt literas prænun-
cias (einen adviso-Brief) citra eas enim nemo ad ac-
ceptionem cambii trassati tenetur, cum dictæ literæ
præunciæ quasi fundamentum sint acceptionis.
Leipz. W. O. §. 27. Formula eorum talis esse solet:

Adi Dresden den = =

Præmisso tit.

Per advis dienet hiermit, daß auf denselben heute da-
to

to einen Wechsel überschrieben von Reichsthlr. 1000, schreibe tausend Reichsthlr. an Herrn Mevium 14. Tage Nachsicht an Zwen-Drittel-Stücken zu bezahlen. Bitte meinen Brief mit prompter Zahlung zu honoriren und es auf mein Conto zu stellen, wodurch mir eine große Affection geschieht. Honorire hinwiederum des Herren Briefe mit bereitester Acceptation und verharre des Herrn

Dienstu. Sempronius.

Posit. XXXVI.

Si Institor Mercatoris cujusdam, hujus nomine, cambium trassaverit, quari solet, an Institor an Principalis teneatur. Fieri enim potest, ut hic interim bonis cedat. Distinguendum hic putat STRYK in *Caut. Contr. Sect. III. Cap. V. § 19.* utrum remittens fidem Institoris, an ipsius Principalis secutus sit, ita ut illo in casu Institor, etiam deposito officio suo, teneatur, hoc verò saltem Principalis: si autem dubium plane sit cujusnam potissimum fidem Remittens secutus fuerit, ipsi desuper juramentum deferendum esse.

Posit. XXXVII.

Duplex est cambiorum indossamentum. Primo enim ita quis cambium in tertium quendam indossare potest, ut cambialis pecunia solvi debeat illi tertio tanquam nudo mandatario, & tum formula esse solet. Vor mich zahle der Herr an Mevium, soll mir gute Zahlung seyn etc. deinde indossamentum etiam fieri potest in vira cessionis, ita nimirum ut indossatus fi-

C 3

at

at cessionarius seu cambii dominus, illudque ulterius in alios transferre seu indossare possit. Hoc in casu indossamentum hac vel simili constat verborum forma: Vor mich zahle der Herr an Titium, Valata habe von demselben empfangen, Dresden den 2c. 2c.

Posit. XXXVIII.

An cambium trassatum indossari possit, licet etiam verba: oder Ordre, vel: oder Commis, non contineat, controversum est. D. Zypfel in *Zr. von Wechsel-Br. Sect. 6. p. 135.* id adfirmat, suamque affirmativam tum Responso, tum præjudicio Dnn. Scabinorum Lipsiens. confirmat, ad stipulantesque sibi habet Strykium *de camb. lit. accept. cap. 3. §. 18.* Dn. Königste vero in *den Ann. zur Leipz. W. D. §. 11.* ad verba: die vielfältige Irrung negativam defendit, provocans non solum ad observantiam inter Mercatores hac de re vigentem, sed etiam auf ein parere der deputirten Kauf- und Handels-Leute zu Leipz. de A. 1691. m. Dec. imo ad ipsam *Ordinationem Camb. Lips.* ejus nimirum §. XXX. verum ex hoc §. id probari minime potest, cum tantum hoc in eo doceatur, quod possessor cambii alicujus illud alio loco negotiari non possit, quam qui inibi est expressus, si verba illa: oder Ordre, seu: oder Commis, non contineat, unde potius sequitur, saltem eo in loco indossari tale cambium posse, qui inibi est expressus, licet dicta verba non contineat. Et omnino præferenda mihi videtur sententia affirmativa, cum nihil interfit acceptantis, an ipsi cambii Possessori, an vero ejus indossato solvat.

Po.

Posit. XXXIX.

Effectus indossamenti in hoc consistit, quod indossatus exin, si trassatus ratione solutionis ipsi non satisfaciat, regressum habeat ad Indossantem, eumque processu cambiali æque convenire possit, ac si ab ipso cambium expresse in se directum accepisset, ita nimirum ut indossans Indossato nullas exceptiones altioris indaginis opponere possit, & non præstita ab illo prompta solutione, personale arrestum contra eundem impetrare queat. Si autem cambium indossatum adhuc alia in favorem Remittentis & postea indossantis contineat, e. g. renunciacionem privilegii nundinarum (*der Markt-Freyheit*) ea in indossatum per indossamentum non transferuntur. Vid. *Königke im Numerf. jur L. W. D. ad §. XI.*

Posit. XL.

Non aliter tamen Indossato adversus Indossantem, Remittentique adversus Trassantem regressus patet, quam si super non præstita à Trassato solutione, rite, per Notarium nimirum & testes, protestatum fuisse docuerit.

Posit. XLI.

Trassatus autem ad acceptationem simpliciter haud est obligatus, eo quod inter Trassantem & Trassatum haud alius quam Mandati contractus intercedat, *LUDOVICI im Wechsel-Proc. C. IV. §. 33.* nemo autem ad suscipiendum mandatum cogi possit.

Posit. XLII.

Acceptans pure cambium acceptare debet nullatenus



tenus verò sub conditione. Licet enim nonnisi sub certa conditione, v. g. si trassantis merces interea temporis vendere posset, acceptationem faceret, hæc conditio pro non adjecta haberetur, nec quicquam eidem prodesset, obligaretur enim æque præsentanti ad solutionem, ac si pure acceptasset cambium. LUDOVICI c. 1. §. 36.

Posit. XLIII.

Quamvis regulariter acceptatio per subscriptionem nominis temporisque à Trassato ejusve Mandatario fieri debeat juxta *Ord. Camb. Lips.* §. 8. Scriptores tamen juris Cambialis etiam tacitam statuunt acceptationem, quando nimirum trassatus præsentatum cambium per aliquod temporis spatium apud se retinet, nec acceptationem ullo modo recusat, STRYK. *de camb. liter. accept. c. 3. §. 21.* Zippel von Wechsel-Br. *Setz. 6. p. 152.*

Posit. XLIV.

Acceptans citra consensum Præsentantis cambium ex parte solum acceptare haud potest, sed licet præsentanti desuper protestatione cambii sibi prospicere.

F I N I S.



Erfurt, Diss., 1723

X 2386946





Inches
Centimetres

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

1723 114

16

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
SISTENS
POSITIONES MISCELLANEAS
EX JURE CAMBIALI,
POTISSIMUM SAXONICO,

QVAS
IN PERANTIQVA HIERANA,
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO,
DOMINO

JO. JOACHIMO HAHN,
EPISCOPO METELLOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini, per Thuringiam, Hasfiam & Eichsfeldiam, in Pontificalibus, Vicario Generali, Ejusdemque Archi-Episcopalis Curia, Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Vtriusque Doctore, Protonotario Apostolico, Comite Palatino, Insignium Ecclesiarum Collegiatarum ad Gradus B.M.V. & ad S. Joannem Moguntia, respective Scholastico, Canonico Capitulari, & reliq.

EX DECRETO ET AUTHORITY AMPLISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE ERFORDIENSIS,
SUB PRÆSIDIO

DN. JO. PHILIPPI *Streits* / JCTI,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARII
REGIMINIS, ET FACULTATIS JURIDICAE DECANI,
PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILEGIA MORE MAJORUM CONSEQUENDI,
PUBLICAE DISQUISITIONI SUBMITTIT

JACOB EPHRAIM *Sumpelt* /

Niemec. Saxo, Advocat. immatric. Dresdensis.
DIE XXIV. MAII, MDCC XXIII.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGH MAJORIS, H. C.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.